

237. *Epidendrum* (*Amphiglottium*) *resectum*:  
foliis oblongoligulatis acutis papyraceis, paniculae ramis  
acute vaginatis, bracteis ligulatis acutis uninerviis ovariis  
pedicellatis inferioribus subaequalibus, sepalis oblongo-  
ligulatis acutis concavis extus carinatis, tepalis lineari-  
subulatis, labello adnato parte libera basi cordata trans-  
verse ovata antice trifida, laciniis lateralibus angulatis  
porrectis, lacinia media porrecta extrorsum bicruri cruri-  
bus acutangulis cum apiculo interjecto minuto (etiam re-  
tuso brevi tridentato dentibus lateralibus obtusis, vix du-  
bie monstrose) callo emarginato in ima basi, antepositis  
carinis ternis obtusis contiguis usque ad basin laciniae  
mediae, androclinio lobulato seu dentato.

Ex America centrali, vix dubie ex Chiriqui vivum  
misit b. Zahn ad hortulanos Veitch, Londinenses, qui bis  
specimina mecum communicavere viva.